Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

habetis. Sic et videte. Et cū cognouissent. dicit. eis. Et duos
pisces et precepit illis ut accubere
faceret omnes secūm cōtubernia se
per de fenū et discubuerūt ī pres
y centenos et quinquagenos. Et ac
ceptis quinq; panibus et duobus pisci
bus: intuens ī celū benedixit et fre
git panes et dedit discipulis suis
ut ponerent ante eos: et duos pisces
diuisit omnibus et manducauerūt
omnes: et saturati sūt. Et sustule
runt reliquias fragmētorū duode
cim cophinos plenos: et de piscibus
erant autē qui manducauerūt qui
nq; milia virorū. Et statim coegit
discipulos suos ascendere naui
vt precederent eū trans fretū ad beth
saydam: dū ipse dimitteret populū
et cū dimisisset eos: abiit ī montē
orare. Et cū sero esset erat na-
uis ī medio mari: et ipse solus
ī terra. Et videns eos laborantes
ī remigando. erat enim ventus con
trarius eis: et circa quartā vigili
am noctis venit ad eos ambu
lans super mare: et volebat pre
terire eos. At illi ut viderūt eū
ambulantē super mare putauerūt
fantasma esse: et exclamauerūt.
omnes enim viderūt eū: et conturba
ti sūt. Et statim locutus est cū
eis: et dixit eis. Confidite. Ego sū
nolite timere. Et ascendit ad illos
ī naum: et cessauit ventus. Et
plus magis antē se stupebant
Non enim intellexerūt de panibus
erat enim cor eorū obcecatū. Et cū
transfretasset venerūt in terra
genesareth: et applicuerūt. Cum
egressi essent de naui continuo
gnouerūt eū. Et percurrentes
vniuersam regionē illā ceperūt in
grabatis eos qui se male habebant
circūferre vbi audiebat eū esse. Et
quocūq; introibat ī vicos vel in
villas aut ciuitates in plateis po
nebant infirmos. et deprecabā
tur eū vt vel fimbriā vestimēti
eius tangerent: et quot tāgebant
eū salui fiebant:-

VII

Et conuenunt ad eū pharisei
et quidā de scribis venī-
entes ab hierosolimis. Et
vidissent quosdam ex discipulis eius
quibus manibus id est non lotis ma
ducare panes: vituperauerūt. pha
risei enim et omnes iudei nisi ce
ro lauerint manus non manducant
tenētes traditionē seniorū: et a foro
nisi baptisent non comedunt: et alia
multa sūt quae tradita sūt illis se
uare. baptismata calicū et vrceorū
et eramentorū et lectorū. Et inte
rrogabant eū pharisei et scribe. Ecce
discipuli tui non ambulant iuxta
traditionē seniorū: sed cū manibus
nondum manducant panē. At ille respō
dens dixit eis. Bene prophetauit
isaias de vobis ypocritis: sicut scrip
tum est. Populus hic labiis me honorat
cor autem eorū longe est a me. Sine causa
autem me colunt docentes doctrinas et
precepta hominū. Relinquentes enim ma
datum dei tenetis traditionem homi
baptismata vrceorū et calicū et si
milia hiis facitis multa. Et dicebat
Bene irritū facitis mandatū dei
vt traditionem vestram seruetis. Moy
ses enim dixit. Honora patrem tuū
et matrem tuā: et qui maledixerit
patri aut matri morte morietur
vos autem dicitis. Si dixerit homo patri
aut matri. corban quod est donum quod
cūq; ex me tibi profuerit: et ultra
non dimittetis eū quicquam facere
patri suo aut matri: irrīdentes ver
bum dei per traditionem vestram quam tradidistis
et multa similia huiusmodi facitis. Et aduo-
cans iterum turbam dicebat illis audite